



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1861**

XVII. Markgraf Ludwig sagt die Stadt Müncheberg von dem Verdacht frei,  
in welchem sie durch die einem gewissen Woldemar geleistete Huldigung  
verfallen ist, am 16. Juli 1348.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55508](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55508)

instantiam nostram in eos latis, nostra et etiam nobis in hac parte concessa auctoritate, Dei nomine nuocato abfoluimus, restituentes ipsis et ipsorum familie diuina officia et ecclesiastica sacramenta in dicto loco ipsorum, interdictum tollendo et diuina ipsis in hiis scriptis relaxando, Exclufis tamen illis, qui per nos et ad instantiam nostram principaliter et nominatim excommunicati sunt, in quorum presentia et post recessum eorundem per triduum volumus cessari a diuinis. Promittimus etiam tenere presentium, quod ordinationem sic nobiscum, ut prefertur, factam per ipsos Consules et Ciuces predictos secundum articulos in ipsa ordinatione expressos nullatenus in posterum volumus imutare. In cuius rei testimonium presentes nostri appensione sigilli iussimus communiri. Datum ibidem in Monakaberg, vltima die mensis Ianuarii, anno domini millesimo CCC°. tricesimo tercio.

Aus Beckmann's Abschrift des Originales.

XVII. Markgraf Ludwig sagt die Stadt Müncheberg von dem Verdacht frei, in welchem sie durch die einem gewissen Woldemar geleistete Huldigung verfallen ist, am 16. Juli 1348.

Nouerint vniuersi tenorem presentium inspecturi, Quod nos Ludovicus, dei gratia Brandenburgensis et Iusatiae Marchio, Comes Palatinus Rheni, dux Bauariae et Carinthiae, Sacri Romani Imperii Archicamerarius, Tyrolis et Goritiae Comes, nec non Aquilegensis, Tridentinis et Brixinensis Ecclesiarum Aduocatus, discretos viros Consules et vniuersitatem Ciuitatis Monachberg, presentes et futuros, fideles nostros dilectos, a suspitionibus, quas ipsis homagij cuidam Woldemarj (sic) nominato ratione facti gessimus ac gerere possemus, habere volumus et habemus presentibus innocentes, nec ipsis perpetuo nullatenus imputari, Sed quidcunque in hoc egerunt, id nostre voluntatis fuerat et consensus. Et quicumque ipsis id ipsum obicere curauerunt, hos pro eo nostri consensus adhibiti verbis aut etiam factis peccuniam quodammodo mediocriter tangentibus vt cessant in eisdem corripere poterunt seu artare. In cuius testimonium Sigillum nostrum presentibus est appensum. Testes vero huius sunt nobilis vir Comes Guntherus de Swartzburg, dominus in Spremberg, nec non strenui viri vlticus, dictus Wilbrant, Beringerus Hele, marscalcus noster, et Wolfhardus de Satzenhouen, Milites, cum ceteris pluribus fide dignis. Datum surstewald, Anno domini M°. CCC°. XL°. octauo, feria quarta in crastino diuisionis Apostolorum Johannis et Iude.

Nach dem Originale.